Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



58

eius tempestas ualida. Aduocauit celum
desursum: et terram discernere populum
suum. Congregate illi sanctos eius: qui
ordinant testamentum eius super sacrifi
cia. Et annunciabunt celi iusticiam ei
quoniam deus iudex est. Audi populus meus et
loquar israhel: et testificabor tibi. deus
deus tuus ego sum. Non in sacrificijs
tuis arguam te: holocausta autem tua in
aspectu meo sunt semper. Non accipiam
de domo tua uitulos: neque de gregibus tuis
hircos. Quoniam mee sunt omnes ferae
siluarum: iumenta in montibus et boues.
Cognoui omnia uolatilia celi: et pulchri
tudo agri mecum est. Si esuriero non
dicam tibi: meus est enim orbis terre et
plenitudo eius. Numquid manducabo
carnes thaurorum: aut sanguinem hircorum
potabo. Immola deo sacrificium laudis